

simplicissimum esse, ergo totum illud est ab intrinseco necessarium, & prout tale est, est de essentia illius entitatis: ergo impossibile est ut illamet entitas sine idem omnino esse reale sit ens continens quantum ad aliquid, quod absolute possit non esse, & manere sub nihilo. Atque hoc modo facile possunt applicari per omnes rationes supra facte, nam licet hæc evasio vnum incontinentens euitet, nempe compositionem, tamen alia euitare non potest, & diuina entitatis non solum pugnantia tribuit, sed etiam multa quæ imperfectæ rationem includunt, prout satis declaratum est, & in tertio membro magis explicabitur.

XXIII.

Hinc ergo facile ostendi potest, quod vltimo loco de prædicta sua diximus, nimirum, augere potius difficultatem, quam expedire. Primo quidem, quia est duobus alteri hic dicendum est, scilicet, vel Deum velle creaturam quam possit non velle, nihil reale addendo sive voluntati, vel addere aliquid reale sive voluntati, quod re ipsa possit non addi illi, & illud quod additur, ut transfunditur (ut sic dicam) in diuinam substantiam, ut nullo modo ab ea maneat distinctum in re: si autem hæc duo inter se conferantur, ut minimum a quædificile intellectu est hoc posterius, ac illud prius. Imò hoc posterius videtur directe demonstrari impossibile, & inuolvens contradictorem, ut argumenta facta declarant: illud verò prius licet fatemur esse obiectum simplicissimum, non tamen positum demonstratur impossibile, & conabitur respondere ad argumenta quibus id ostendi videtur. Aliud de verò illud prius nullam Deo tribuit imperfectæ rationem, sed potius eminentiam quandam, quæ vel hoc ipso quod humanum capsum superat, est consentanea diuina excellens. Posterius autem modus includit sine dubio imperfectæ rationes multas, ut paulo antea declarauimus.

XXV.

Quibus addo, non vitari inuoluentem supra illatum, scilicet ad hanc realem additionem necessariam esse intelligere in diuina voluntate aliquam realem productionem, aut effectum, aut quous alio nomine nuncupetur. Quia realis additio, vel augmentum reale non potest in illi sine productione reali, hic autem fit additio realis, & augmentum reale extensiuum, nam in diuina voluntate secundum se non erat formaliter illa perfectio libera: ergo augetur extensiuè eius perfectio per additio nem illius: ergo est necessaria aliqua vera actio, vel productio quia id fiat. Neque ob stare potest, quod illud augmentum, vel additio fiat cum identificatione, nam potius ad hoc videtur requiri maior efficacia, nam magis est facere ut duo quæ secundum se erant distincta, coalescant in vnum simplex, quæ quæ variantur, in presenti autem perfectio libera & necessaria sine se, seu præcisa actione vel determinatione diuinae voluntatis, ita sunt distinctæ, ut altera sit non ens, seu ens possibile simpliciter, altera sit ens necessarium: ergo ut illud ens possibile sit non solum ens actus, sed etiam sit ipsum met ens necessarium sine vlla distinctione ab illo, magna certè vis, & plusquam efficacia requiritur. Et. n. si illa perfectio libera ex ente possibili heret ens actus, vnum tamen ens necessarium, & non vnum cum illo necessaria esset efficientia, vel actio multo ergo magis necessaria est non solum fat ens actus vnum, sed et vnum. Et confirmatur exemplo si liberationis diuinæ, nam quia persona filii ratione si

liationis addit nostro modo intelligendi aliquid realitatis diuinæ essentia, necesse est ut illud habeat per reale originem & productionem, et si illud additum non sit in re distinctum ab essentia, & idem est de persona Spiritus sancti: ergo idem est in presenti dicendum si actus liber ut sic addit aliquid realitatis, seu perfectionis realis. Dices, enim patenter intelligitur aliquid addere essentia, si ne vlla reali emanatione. Rîndetur hoc verissimum esse, quia persona Patris non solum sine aboluta, sed etiam sine re latina, est omnino ens in se, quod declarat Theologus per notionem ingeniti: hæc autem conditio non potest continere actui libero, quia ut sic non est ens necessarium, nec omnino in se, & idem omnino necessarium: videtur ut fiat ens per aliquam actionem.

XXVI.

Dices, esse aliam differentiam quod Filius est res distincta à producente: actus autem liber, non est res distincta à voluntate diuina. Sed contra, nam hoc ipsum est quod ex argumento deducitur nimirum illum actum debere esse distinctum, quia effectus, & productus: Filius. n. non idem producitur quia est distinctus, sed potius e conuerso quia producitur, idem distinguitur: sic ergo in presenti, si actus liber talis est ut suam actiua entitatem & perfectionem non possit habere in rerum natura sine aliqua actione, re est et concluditur esse distinctum. Vnde, cum ei tribuitur aliquid quod sine efficacia habere non potest, & simul dicitur in re non distingui villo modo à suo principio, contradictoria dicuntur. Ac præterea quæcunque ratione asseratur esse in Deo aliquid factum, vel quasi factum per voluntatem liberam, est omnino absurdum, & à sana doctrina alienum. Accedit, quod necessarium est sciri, esse in Deo perfectionem aliquo modo pendente ab actuali existentia creaturæ, aut factæ, aut futura in sua propria duratione; illa. n. perfectio, si libera, quam habet Deus ex eo quod liberè voluit mundum creare, ita dicitur habitudinem transcendentem ad creaturam ut existentem aliquando, ut nullo modo possit esse in Deo sine tali existentia creaturæ, at hoc certe absurdum simum est, quod nimirum indigeat Deus villo modo creatura ita ad habendam aliquam perfectionem, siue magnam, siue parua, siue intentionem, siue extensionem.

XXVII.

Denique addere possumus exemplum receptæ sententia inter graues Theologos. Illi. n. ab istudum existimant admittere in Deo relationes reales ad creaturas ut actus, & ab illis ut sic dependentes, quia impossibile existimant aliquid reale esse in Deo quod ab actuali existentia creaturæ pendeat, siue ut à termino, siue ut à conditione necessaria, siue quacunque alia ratione, quia quidquid est in Deo, necessarium est Deus, & idem nullo modo potest non esse, quod autem aliquid modo pendet à creatura, potest non esse, sicut illa. Si qui vero sunt Theologi, ut Nominales, qui has relationes tribuant Deo, idem faciunt, quia existimant relationem nihil re addere in unice subiecto seu fundamento, sed solum positionem seu concomitantiam terminum, omnes tamen pro comperto habent nullam veram rem etiam respectiuam quæ in Deo sit, posse aliquo modo pendere ab existentia creaturæ, multo ergo magis id dicendum est de re, & perfectione aboluta, qualis est actus voluntatis.

Præterea